



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tribunal Poenitentiae Sev Libri Dvo Prior De Poenitente Ut Reo Posterior De Confessario Ut Judice

Stoz, Matthäus

Anno M.DC.LXXXIX.

Præfatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37144**

## LIBER POSTERIOR

De  
CONFESSARIO UT JUDICE.

## P R Æ F A T I O.

**D**eduxerat Autor priorem Librum de *Tribunali Pœnitentia* ad calcem; jamque se accingebat ad posteriorem quoque conficiendum; sed quia præmatura mors è manu calamum excussit, & in ipso primo limine scribendi simul & vivendi finem fecit, labor iste ex Superiorum voluntate ad me devolutus est. Autoris ergo vestigia si non pari passu & stylo assequor, prosequor tamen; & quæ multi multis, ego paucis complector, ut occupatis etiam Lectoribus consultum sit.

I. Sicut autem quilibet alius Judex est & dicitur Vir bonus *l. Continuus. 137. §. 2. ff. de V. O.* ita & Confessarius, cum ipse quoque sit Judex, rectè definiti potest & dici, esse Vir bonus, sacerdotali Ordine, Approbatione, & Jurisdictione legitima præditus ad solvendum & ligandum in foro Sacramentali. Omnia, quæ ad gravissimum æquè ac sanctissimum hoc munus spectant, ad quatuor Quæstiones contraho, quibus velut columnis quatuor innititur ex ipsius parte. *Tribunal Pœnitentia.* I. est de Qualitatibus. II. de Potestate. III. de Officio. & IV. de Obligationibus Confessarii.